

THEODORI PETREI

*J. V. D. Auctoris bannati. ~~Libri~~*

THESAURUS CON-  
TROVERSARUM CONCLUSIO.  
num criminalium, Legum & praxeos

~~libri~~  
*prohibitus sedus ~~prohibitus~~ expurgatus & missus.*  
Adjectus est geminus Index, unus auctorum,  
alter rerum.



*est confirmatus a  
gubernatore de 1640 p. co-  
mmissionem del. Sta. off.  
+ francisca Maldonado*



*Cum S. Cas. Majest. Gratia & Privilegio.*

MARPURGI CATTORUM,  
Excudebat Paulus Egenolphus, Typogr. Acad.

clb. lb. xcVIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



REVERENDO ET GENEROSO DOMINO, NEC NON NOBILITATE ET virtute amplissimis viris, Dn. GEORGIO AB HANXLER, Ordinis Teutonici Ballivus in Westphalia Commendatori, residenti in Molheim: Dn. JOACHIMO, Nobili Domino ac Baroni in Beuren: Dn. PHILIPPO à MESCHÉDE, Satrape Westphalicae Colonienfis Diocesis in Anrùcht / Geseck / & Rùden / Reverendissimi ac Illustrissimi Principis ac Domini, Dn. ERNESTI, Electoris & Archiepiscopi Colonienfis, Ducis Bavariae, &c. Consiliario gravissimo: Dn. GOSSVINO KETTLER zur Hauestatt / Satrape in Ostinckhausen: Et Dn. LUDOLPHO LANSBERG in Gruite / Illustris Diocesis Colonienfis in Westphalia Deputato, DD. Patronis, & fautoribus submissè colendis.



CONCLUSIONES juris cōtroverfi, Reverendi, Generosi, Strenui, Nobiles ac Amplissimi viri, quas ex nobili delictorum materia olim excerpti, & in Academia Marpurgenfi publicè ad disputandum proposui, eas nuper Paulus Egenolphus typographus (cū omnibus exemplaribus undiq; distractis in gratiam studiosorum recuendi animum habeat) à me limari & locupletari postulavit. In qua re ego viro illi optimo in hac mea propediem ad ætatem & virilem ætatem vergente adolescentia (in qua fortè major ansa & occasio poliendi data est) refragari, & laborem haud tonuem, subterfugere nolui. Feci igitur, quod pro temporis & negociorum concessio spatio & intercapedine melius potui. Et licet rationes plures, tum dubitandi, tum decidendi, hisce meis cō-



## CONCLUSIO I.

**A**GGRESSURUS itaq; usuratam & difficilem delictorum materiam, in qua singulari cautione, ob magnum periculum & irrecuperabile damnum a, quod ab imperitis sepe iudicibus, quorum ingens ubivis locorum numerus est, infelicibus reis infertur, opus esse nemo non intelligit, illud principio notandum esse iudico: Ex omnibus delictis, tam publicis, quam privatis b, & criminaliter agi posse ad pœnam publicam, & civiliter ad rem familiarem, vel ad id quod interest c; nec unius actionis electione regulariter alteram consumi d; imò utramq; uno libello posse simul proponi, non quidem æque principaliter, verum subalternatim, criminalem principaliter, & deinde incidenter officio iudicis petere etiam posse restitui sibi rem ablatam. e)

a) Nov. 90. c. 6. in f. Peint. Halsb. Ordn. art. 1. ibi, edle vnd gelehrte / & ibi, ein jeztliche Obrigkeit möglichem fleiß anwenden soll / damit die peinlichen Gericht zum besten verordnet / vnd niemand vnrecht geschehe / als dann zu diesen grossen Sachen / welche des Menschen Ehr / Leib / Leben / vnd Gut belangend seynd / dapffer vnd wolbedachten fleiß gehörig / &c. Exod. 18. vers. 21. Deut. cap. 1. vers. 15. & cap. 16. vers. 18. Opifices n. & rustici legum ignari super sellam iudicis non sedebunt, Syrac. 38. vers. 37. Georg. Remus in nemesi Karulina ad d. art. 1. in margin. b) ex quibus delinquentes naturaliter & civiliter, non consensu obligari puto, l. quam Tuberonis 7. §. fin. vers. sed & si quid furti, l. peculio, l. ex maleficiis 4. de act. & oblig. l. quasitum 15. in pr. qui & à quib. manum. l. aliud est frans 131. de verb. sig. l. 1. in fi. de furtis. §. 1. Inst. de oblig. qua ex del. nasc. §. quia verò Leonis, il. 2. Nov. de non alien. Corras. ad l. frater à fratre, col. 3. de cond. ind. Joan. Roncheg. ad l. 9. §. eandem, in pr. n. 310. ff. de duob. reis. Arius Pinelus in autb. nisi tricennale, n. 31. C. de bon. mat. Francisc. de Cald. ad l. si curato-rem, vers. cum non absimilis, n. 44. C. de rest. in int. Tyb. Decia. in pract. crim. lib. 2. c. 10. n. 4. Diss. Ferd. Vasqu. illust. contr. c. 26. n. 23. & c. 28. n. 12. & plures relati à Cald. & Dd. sup. citatis, dis. & Decianus sibi contrarius d. lib. 2. c. 6. n. 13. & Accur. in §. jus autem, Inst. de iure nat. gent. & civili. c) l. si. de priv. del. l. fin. de sur.